BEDA VENERABILIS. VARIA
St. Germain d'Auxerre (?), 1. Hälfte 9. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9008
Copyright: Melk, Benediktinerstift

recesserunt. Illa uero nocte quae lucescebat in diem dominicam. xp̄ dieb̄ maiarum fonts sacer hora conpletenti repletus est. Euidenti ergo miraculo clarum occidentalium partium fuisse errorem, Liquet tamen quaeritur haec de hac de lunari quaestio est. Iam olim beati papae leonis industria diligenter exquisita. Ipse est quae longam inter orientis et occidentis ecclesias grauemque controuersiam fecit. Haec et hilarium papam post tot nicenum concilii tempora nouum pascere et victorium paschalem nouum condere persuasit. In huius certamine pfatus papa leo adnitente prospero uiro doctissimo ac disserentissimo uincere sedulus instans. Tandem unanimitate eorum qui mecum aestimabant decretis in eum obliterare ad erebant. laudabiliter uinci gaudebat. Unde mihi meisque in eadem quaestione nihil melius agendum. nihil dicendum repperio. quam quod illum fecisse comperio. qui nobis in tantum scientia merito auctoritate pcellit. certam uidelicet patrum reuerentissimorum sententiam in eis quae nobis dubia et incerta sectari. Neque enim putandum est nos uel acutius antiquis diuersitate lunaris discursus deprehendere tralubrius possedmoscere quae in eadem diuersitate potissimum sit uia sequenda. De circulo

xlmj De cennouenali

Decennouenali circuli ordinem primus eusebius cesariae palestinae epp̄ ob xiiiiae lunae festi paschalis ipsumque diem paschae inuenendum composuit. eo quod lun̄ cuius libet ablatis post tantum temporis ad eundem redeat anni solaris diem. Nonquod aegyptus uel ecclesia per orientem xp̄i ecclesia. uerum eatenus lunae cursum uel diem nescierit rite inuenire paschale. sed quia ea quae ipsis temporibus annuatim cum labore inuestigata et per orbem mandata sepius in questionem uenire solebant. faciliusque pfixa semel regula circulari semper obseruari et sine scrupulo ambigendi poterant edisci. Denique fertur antiquitus alexandrinae ecclesiae antistiti delegatum ut officiose operam curamque inuestigationi compiti paschalis